HIERONYMUS
Admont, Ende 12. Jh. Seite 4r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=25977
Copyright: Admont, Benediktinerstift



untur: ut paulatim ueniant ad salutē. Qui noluerint percutiente uirga
emendari. mittuntur in ollam ereā atq; succensā. De qua plenius scri
bit ezechiel. Que a facie aquilonis accenditur babilonicū regē signi
ficans: & urbē hierusalem. Pulchreq; infertur: ab aquilone exardes
cent mala sup omnes habitatores terre: uel terre iude l' certe uniuse
terre. De quo & in apokalipsi scriptū est. Ue sup oms habitatores terre.
Sci enī non sunt habitatores terre s; aduene atq; peregrini quoq;
unus dicit. Aduena ego sū sup terrā & peregrinus: sicut omnes
patres mei. Et alius. Parui sunt & pessimi dies mei: quibus ego pe
regrinor in terra. Unde & ~~petrus~~ catholicā epistolam scribit ad
uenis & peregrinis ponti galacie atq; capadocie: & iuxta mysticos
intellectus salemon loquitur: Aquilo durus uentus. nomine aut
uocatur dexter ab his uidelicet qui eius obriguere frigore & ca
lorē fidei pdiderunt. Quia ecce conuocabo ego oms cognationes
regnorū aquilonis ait dns. Et uenient & ponent unusquisq; soliū
solium suū in introitu portarū hierlm: & sup oms muros eius in
circuitu. & sup uniuersas urbes iude & loquar iudicia mea cū eis.
sup omī malicia eorū qui dereliquerunt me & libauerunt diis
alienis: & adorauerunt opus manuū suarū. Nulli dubiū est
multas gentes. & singularū gentiū reges. babilonio regi fuisse
subiectas: qui obsessa hierlm posuerunt in circuitu & maxime
in exitibus portarū thronū suū atq; tentoria. ne quis eorū qui
clausi erant posset erumpere: & non solū hierlm s; oms urbes iude
simili obsidione uallate sunt. Cumq; ait ca[illegible]pta fuerit ciuitas.
tunc loquar ad eos recta mea fuisse iu[illegible]dicia. & recepisse sin
gulos quod merebantur: non pceteris [illegible] uiciis quibus subiacet
humana conditio. s; maxime pydola[illegible]tria: pquā deserentes me
adorauerunt opera manuū suarū. Quidā ~~putant~~ hunc locū in
bonā partē accipiunt. quod uidelicet hii qui in olla enea excocti
fuerint pcruciatos. atq; purgati. postea principes sint in hierlm:
& postquā misertus eorū fuerit dns. tunc expbret eis. quia se
deserto simulachra uenerati sunt. S; hec uiolenta & praua in
terpretatio est: ne calumpniam faciat tractator indoctus. Tu
ū accinge lumbos tuos: & surge & loquere ad eos omīa q ego